

NICOLO' DA PONTE

NICOLAO DE PONTE PRINCIPI, QUI AD REIPUB. ADMINISTRATI - ONEM
PRAETER NOBILISS. SCIENTIARUM ORNAMENTA SINGULA - REM QUOQ. SA-
PIENTIAM ATQ. INNOCENTIAM CUM ATTULISSET - AMPLISS. HONORIB. AC
LEGATIONIB. APUD OMNES EUROPAE PRINCIPES PRAECLARISS. FUNCTUS,
ILLISQ. POTISS. DUAB. ALTERA - AD TRIDENTINAM SYNODUM ALTERA,
EXACTA IAM AETATE - AD GREG. XIII PONTIF. MAX. SUSCEPTA, OPT. DE PA-
TRIA MERITUS - AD PRINCIPATUM EVECTUS REP. GRAVISS. AERE ALIENO
LIBE - RATA, URBE PLURIMIS BELLI SUBSIDIIS ET PACIS ORNAMENTIS -
AUCTA. DECESSIT MEMORABILE SUIS CIVIB. EXEMPLUM - MDLXXXV III
KAL. SEXTIL. VIXIT ANNOS LXXXIV IN PRINCIPATU VII MENS. IV D. XI
(Monumento).

EXIMIAE VIRTUTIS MONUMENTA AD GLORIAE STUDIA EXCITANDA (Sopra
il capo delle Virtù).

VITAE CURRICULUM EXIGUUM, GLORIAE VERO IMMENSUM (Sotto i piedi
delle Virtù - Chiesa non più esistente della Carità).

PASQUALE CICOGNA

PASCHALIS CICONIAE - VENETIARUM PRINCIPIS, MEMORIAE SEMPITER-
NAE - QUI, POST REMP. DOMI FORIS E DIGNITATE SAEPIUS ADMI - NISTRA-
TAM, POST CRETENSEM INSULAM CUI PER DECENNI - UM SUMMO CUM
IMPERIO PRAEFUIT, IN NAVALI AD ECHINA - DAS PRAELIO INCOLUMEM
RESERVATAM, QUA CAUSA CYDO - NES ILLI STATUAM IN FORO E. C., PA-
TRIAE SUAE TANDEM - PRINCEPS, MIRA OMNIUM CONSENSIONE CREA-
TUS, EAM - PARITER PER DECENNIIUM, TANTA ASSIDUITATE ET DILI -
GENTIA, GUBERNAVIT, UT, DE EIUS COMMODIS ATQ. UTILI - TATIBUS,
NON PRIUS FINEM FECERIT QUAM ANIMAM - EFFLAVERIT ET AD SUPE-
ROS CUM DIU AETERNITATI SUAE - INTERFUISSET, NON SINE OPINIONE
SANCITATIS, EVOLAVIT - OBIIT D. II APRILIS MDXCV AETATIS SUAE
ANNO LXXXV - MENS. X DIES XXV - PASCHALIS CICONIA EX FRATRE NEPOS
MAESTISS. P. C.

Un giorno si leggeva dopo DIES XXV : PRINCIPATUS VERO SUI IX. MENS. VII.
DI. XV (Monumento).

VELUT ALTER SYME - ON - MANIBUS CHRISTUM - EXCEPIT

ET VELUT ALTER - DAVID CRETAE IN - BELLO

PATAVIO - IN PAESTILENTIA

ET PATRIAE IN FAME - PRAESTO FUIT (Intercolumnji - Chiesa dei Gesuiti).

MARINO GRIMANI

D. O. M. - MARINO GRIMANO - PRINCIPI - OPT., FOELICISS. - PRAETURIS
PRAEFECTURIS - LEGATIONIBUS - SUMMIS QUIBUSQ. IN REP. MUNERIBUS